

Aduertencias para

Inuaderet sapiens. Prou. 24. dicēs. Ne insidie-
ris & quæras impietatem in domo justi, neq;
vastes requiem eius. Septies enim in die ca-
dit iustus, & resurget: impij autem corruit
in malum. Et si quis dicat quod de hoc est du-
bium, ad hoc respondendum est cum venera-
bili Beda pro ut habetur cap. 2. de Re. iu.
Dubia semper in meliorem partem sunt in-
terpretanda. Interpretari enim quod tunc est
bonus & contritus est melior pars, quia est
in charitate fundata, igitur talis interpretatio
debet fieri. Hoc videtur dicum sapientis di-
centis Sapientiae 4. Iustus autem si morte præ-
occupatus fuerit in refrigerio erit. Fertur e-
nīm quod cum quidam morte præuentus fui-
sset subita, intentus est mortuus digito hanc
supradictam auctoritatem ostendere. Non
enīm præsumendum est de tali infirmo quod
nunc suæ sit immemor salutis immortis arti-
culo plusquam in vita, immo, contrarium est
præsumendum, ideo vel præsumitur q̄ petiit
confiteri, licet de hoc nullus sit testis, quia fer-
te solum in sua mente, & intus hoc petiit: 1.
præsumitur q̄ petiisset, si adnertisset tale per-
iculum in quo nunc est vel forte nō potuit pe-
tere. Pro concordantia autem opinionum, &
ad